A

DE PILVLIS PVRGANTIBVS HVMORES mixtos à toto.

Pilulæ aggregatiuæ.

℞. Myrobal. flauarum, Rhabarbari ana ℥.ß.
Succi Eupatorij, Succi Absinthij ana ʒ.iij.
Scammonij præparati ʒ. vj.
Myrobal. Chebularum, Indarũ, Agarici, Colocynthidis, Polypod. ana ʒ.ij.
Turbith, Aloës ana ʒ.vj.

Mastiches, Rosarum rubr. Salis gẽmę, Epithymi, Anisi, Zingiberis ana ʒ.j. Crassiusculè omnia conterantur, & cum electuarij ros. Mesuæ quantum sufficit. Fiat massa, in charta munda, cerę liquatę intincta, seruanda per annum. Dosis ad ʒ. j. * Valent ad diuturnas febres, & uitia capitis, uentriculi, & iecinoris. Humores item bilioſos, & pituitosos educunt. Mesues.

DE CONFECTIONIBVS AROMATICIS SOLIDIS, TABVLIS ET *rotulis.* CAP. XXXIX.

B

- Cõfectionũ *solidarum aliæ rotũdæ sunt, & uocãtur Rotulæ: aliæ sunt frusta aut tabulata, & dicuntur uulgò Morselli, &c. Frusta uerò sunt uel quadrata, uel oblõga, &c. Porrò tabularum aliæ*
  - Vsuales
    - Alterantes, *hoc est,*
      - Calefacientes
        - Caput: *ut Tabulæ*
          - Diambræ.
          - Diamoschi.
          - Fœniculi, *&c.*
        - Pectus: *ut*
          - Tabulæ ireos.
          - Tabulæ bechicæ, *&c.*
        - Ventriculum: *ut*
          - Tabulæ aromat. ros.
          - Tabulæ diacymini.
          - Tabulæ dianisi.
          - Confect. anisi tabul.
          - Caryophyllorum.
        - Hepar: *ut Tab.*
          - Diacurcumæ.
          - Dialaccæ, *&c.*
        - Matricem: *ut* — Tabulæ de gemmis, *&c.*
      - Refrigerãtes
        - Pectus: *ut*
          - Tabulæ diatragacanthi frig.
          - Tabulæ diapenidij sine spec. calidis.
        - Cor: *ut* ———
          - Diamarg. frig.
          - Manus Christi, *&c.*
        - Hepar: *ut*
          - Tabulæ diarrhod.
          - Tabulæ triasant.
    - Purgantes
      - *Bilem: ut* Tabulæ elect. de succo rosar.
      - *Pituitam: ut* Tabulæ diaphœniconis.
  - Minus usuales. *Vide in sequentibus signum* A.

A

- Tabulæ minus usuales
  - Alterantes, hoc est,
    - Calefacientes
      - Stomachum: ut
        - Tabulæ corroborantes stomachum.
        - Tabulæ ex sulphure.
      - Hepar, &c
    - Refrigerantes
      - Stomachum.
      - Hepar, &c.
  - Purgantes
    - Bilem: ut
      - Orbiculi ex rhabarbaro.
      - Tabulæ ad bilem purgandam.
      - Aliæ.
    - Pituitam: ut
      - Tabulæ diacnicu.
      - Tabulæ stibiatę.
    - Melancholiam: ut — Tabulæ ad melancholicũ humorem, &c.
    - Humores mixtos.

DE TABVLIS CALFACIENTIBVS CAPVT.

Orbiculi diambræ.

B

℞. Spec. Diambræ ʒ. vj.

Sacchari albi in aqua fœniculi uel maioranæ dissoluti ℔. j.

Saccharum ad exactam perfectionem coquitur: deinde ab igne remotum, ligneo pistillo agitatur, & species inijciuntur, ac probè miscentur: postea per plicam lebetis in tabulam farina uel puluere aliquo, ut cinnamomi, stratam, spatula assiduè saccharum pari & æquali quantitate extrahatur: quod decidens placentulæ modo in orbem concrescit. Si quid uerò remanet in lebete, durescit iterum, sed pauca aqua affusa liquescit: deinde extrahatur ut prius. Rotulæ concretæ digitis singillatim auferantur, & farina superficiei inferiori adhærente penicillo aut panno abstersa, in cribrum conijciantur, & ulterius in calido loco exiccentur: in ligneis arculis ex tilia aut simili materia inodora condantur. Postea in sicco & calido loco reponantur. * Cerebrum, cor, & stomachum confortat.

Orbiculi diamoschi.

℞. Diamoschi ʒ. vj. Sacchari albi in aqua fœniculi dissoluti ℔. j.

Fiant orbiculi, ut antea dictum. * Malis cerebri frigidis, uertigini, comitialibus, & difficulter spirantibus succurrit.

Confectio fœniculi orbiculata.

℞. Sacchari albissimi in aqua ros. dissoluti ℔. ß.

Saccharum,

A Saccharum ad perfectionem exactam coquitur: deinde ab igne remotum, diu pistillo agitetur, addanturq;

Olei fœniculi ℈. j. uel ʒ. ß.

Probè miscentur: deinde per plicam lebetis in tabulam farina stratam spatula assiduè saccharum pari & æquali quantitate extrahitur. Rotulæ concretæ digitis auferantur, exiccentur, in ligneis arculis condantur, & sicco loco reponantur. * Capitis affectibus conferunt, uisum acuunt, pectoris angustiæ & difficultati spirandi succurrunt.

DE TABVLIS CALFACIENTIBVS PECTVS.

Tabulæ diaireos.

℞. Spec. Diaireos S. ℥. ß.

Sacchari albi in aqua capill. Ven. uel fœniculi dissoluti ℔. ß.

Saccharum ad perfectionē coquitur, agitatur, deinde species miscētur: postea saccharum fluidum adhuc in tabulam æqualiter sitam, effunditur, superficiesq; eius acie cultri perstringitur: postquam saccharum induruit, tota massa tollitur, & in suas portiones pro modo linearum frangitur: demum tabulæ in arculis ligneis, sicco loco reponuntur. * Tussiculosis, difficulter spirantibus auxiliantur, &c.

Orbiculi seu trochisci bechij.

B ℞. Sacchari albissimi ℔. j.

Sacchari candi optimi, Sacchari penidij ana ℥. iiij.

Ireos ʒ. j. ʒ. vij.

Amyli ℥. ij. ß.

Mucilaginis Tragacanthæ cum aqua rosacea factæ quantum sufficit.

Formentur trochisci parui, & signentur. * Auxiliantur tussiculosis & difficulter spirantibus.

DE TABVLIS EXCALFACIENTIBVS uentriculum.

Tabulæ aromatici rosati.

℞. Specierum aromat. ros. ℥. ß.

Sacchari albi in aqua ros. dissoluti ℔. ß.

Fiant tabulæ, ut suprà dictum est. * Ventriculo imbecillo, alijsq; nutritioni deseruientibus instrumentis succurrunt.

Tabulæ diacymini.

℞. Spec. Diacymini ℥. ß. uel ʒ. vj.

Sacchari albi in aqua fœniculi dissoluti ℔. ß.

Fiant tabulæ, eo modo quo dictum est. * Noxam uentriculi corrigunt: tussiculosis, difficultati spirandi, inflationibus sunt adiumento.

Tabulæ dianisi. A

℞. Spec. Dianisi ℥.ß. uel ʒ.vj.
Sacchari albi in aqua anisi uel fœniculi dissoluti ℔.ß.
Fiant tabulæ secundum artem. * Crassis flatibus in uentriculo natis, eiusdemq; perfrictioni succurrunt.

Confectio anisi tabulata.

℞. Sacchari albissimi in aqua ros. dissoluti ℔.ß.
Coquitur ad perfectionem, deinde ab igne remouetur, pistillo diu agitatur, additurq; Olei Anisi ℈.j. uel ʒ.ß.
Miscentur: deinde per plicam lebetis in tabulam farina stratam spatula assiduè saccharum pari & æquali quantitate extrahitur. Rotulæ concretæ siccantur, & in ligneis arculis, sicco loco reponuntur. * Ad cruditatem stomachi ex flatibus, uomitionem, aquam inter cutem, fluorẽ uteri albũ ualẽt, &c.

Confectio caryophyllorum orbiculata.

℞. Sacchari albi, in aqua ros. dissoluti ℔.ß.
Olei Caryophyllorum ℈. j.
Fiant orbiculi modo, quo iam dictũ est. * Ventriculo, iecori & cordi psunt.

DE TABVLIS EXCALFACIENTIbus hepar.

Tabulæ diacurcumæ. B

℞. Spec. Diacinnamomi ℥.ß.
Sacchari albi, in aqua eupatorij dissoluti ℔.ß.
Fiant tabulæ, modo suprà dicto. * Hepatis & lienis ægritudines eradicant, hydropem curant.

Tabulæ dialaccæ.

℞. Spec. Dialaccę ℥.ß. uel ʒ. vj.
Sacchari albi, in aqua eupatorij dissoluti ℔.ß.
Fiant tabulæ secundum artem. * Iecinoris & lienis obstructiones, inflationes, & renum duritias sanant: aquæ inter cutem causas omnes discutiunt, menses mouent, &c.

DE TABVLIS CALFACIENTIBVS matricem.

Tabulæ de gemmis.

℞. Spec. Diagemmæ ℥.ß. uel ʒ. vj.
Sacchari albi, in aqua arthemisiæ dissoluti ℔.ß.
Fiant tabulæ secundum artem. * Malis cordis, uentriculi, cerebri, iecinoris, & uteri frigidis, auxiliantur.

DE TA-

A. DE TABVLIS REFRIGERANTIBVS PECTVS.

Tabulæ diatragacanthi frigidi.

℞. Spec. Diatragacanthi frigidi ℥. ß. uel ʒ. vj.
Sacchari albi, in aqua uiolarum dissoluti ℔. ß.
Fiant tabulæ secundum artem. * Omnibus pulmonum & thoracis uitijs aridis, maximè tabidis, macie confectis, medentur: inflammatione lateris laborantibus, omnibusq; tussibus calidis & siccis, &c.

Tabulæ diapenidij, sine speciebus calidis.

℞. Spec. Diapenidij, sine speciebus calidis ℥. ß. uel ʒ. vj.
Sacchari albi, in aqua uiolarum dissoluti ℔. ß.
Fiant tabulæ secundum artem. * Valent aduersus omnem thoracis noxam, tussim à calore contractam, uocis iacturam: tabidis deniq; & purulenta excreantibus succurrunt.

DE TABVLIS REFRIGERANTIBVS COR.

Tabulæ diamargaritonis frigidi.

℞. Spec. Diamarg. frig. ℥. ß.
Sacchari albi in aqua ros. dissoluti ℔. ß.
Fiant tabulæ secundum artem. * Omnem uirium imbecillitatem firmant,
B. cor confortant, &c.

Manus Christi Perlata.

℞. Sacchari clarificati ℔. j.
Aquæ rosarum ℔. ß.
Margaritarum minutissimè tritarum ℥. ß.
Saccharum & aqua rosacea coquuntur simul, dùm aqua euanescat, & saccharum iustam crassitiem consequatur: in fine margaritæ adduntur, atq; super marmor, uel tabulam farina stratam, infunditur, & rotulæ formantur. * Medentur deiectis uiribus, ardentibus febribus, & imaginationes falsas abolēt.

DE TABVLIS REFRIGERANTIBVS HEPAR.

Tabulæ diarrhodon.

℞. Spec. Diarrhodon Abbatis sine spec. calidis ℥. ß. uel ʒ. vj.
Sacchari albi, in aqua endiuiæ dissoluti ℔. ß.
Fiant tabulæ secundum artem. * Valent aduersus uentriculi calorem, iecoris, lienis, pulmonumq;, contra uiscerum dolores, & omnem totius corporis noxam à calore proficiscentem.

Tabulæ triasantali.

℞. Spec. Triasantali ℥. ß. uel ʒ. vj.
Sacchari albi, in aqua cichorij dissoluti ℔. ß.

Fiant tabulæ ſecundum artem. * Pollent aduerſus iecoris & uentriculi calorem, mirum in modum: tabidis & regio morbo correptis proſunt. A

DE TABVLIS PVRGANTIBVS BILEM.

Tabulæ ex elect. de ſucco roſarum.

℞. Spec. Electuarij de ſucco roſarum ʒ.vj.
Sacchari albi, in aqua endiuiæ diſſoluti ℔.ß. uel ℥.iiij.
Fiant tabulæ quadratæ ponderis drachmarum quatuor. Datur ℥.ß. * Flauam bilem purgant citra moleſtiam.

DE TABVLIS PVRGANTIBVS PITVITAM.

Tabulæ diaturbith.

℞. Spec. Diaturbith maioris ʒ.vj.
Sacchari albi in aqua roſ. diſſoluti ℔.ß. uel ℥.iiij.
Fiant tabulæ ſecundũ artem. Datur ℥.ß. * Humores phlegmaticos purgant.

Tabulæ diaphœniconis.

℞. Spec. Diaphœniconis ℥.vj.
Sacchari albi, in aqua roſ. diſſoluti ℥.iiij.
Fiant tabulæ ſecundum artem. Datur ℥.ß. * Febribus compoſitis & diuturnis auxiliantur: bilem enim flauam & pituitam ducunt. Colicis cruciatibus mirificè conferunt. B

DE TABVLIS CALFACIENTIBVS ſtomachum.

Tabulæ confortantes & exiccantes ſtomachum.

℞. Spec. Aromat. roſ. ʒ.ij.
Spec. Diarrhod. Abb. ʒ.j.
Sacchari albi, diſſoluti in aqua menthæ ʒ. iij.
Fiant tabulæ ſecundum artem ponderis ʒ.ij. Rondeletius.

Tabulæ ſulphuratæ, Vu.

℞. Florum Sulphuris ʒ. iij.
Sacchari albi in aqua roſ. diſſoluti ℥.iij.
Olei Fœniculi G.xv. Moſchi G. iij.
Fiant tabulę ſecundum artem. * Paralyſi atq; colicæ paſsioni conferunt.

Tabulæ aliæ confortantes uentriculum.

℞. Spec. Imperialium ℥.ß.
Pinearum electarum, & ſubtiliter inciſarum ʒ.ij.
Spec. Aromat. roſ. ʒ. j.ß.
Sacchari in aqua roſarum diſſoluti ℥. viij.
Olei Cinnamomi G.iij. Moſchi G.ij.
Fiat confectio in morſulis ſecundum artem. Ioannes Crato.

Morſelli

A *Morselli confortantes.*

℞. Pinearum præparatarum ʒ.iij.
Amygdal dulcium ʒ. ij.ß.
Cinnamomi electi ℈.v.
Cariophyllorum ʒ.ß.
Macis ℈.j.
Phisticorum uiridium ʒ.j.ß.
Zingiberis albi, incisi ℈.ij.
Margaritarum pręparatarum ℈.ß.
Foliorum auri n.iiij.
Sacchari albi, in aqua ros. dissoluti ℥.vij.
Fiant morselli quadrati secundum artem. Langius.

Confectio pinicata confortans.

℞. Pinearum præparatarum ℥.j.ß.
Phisticorum uiridium ʒ. vij.ß.
Foliorum auri n.xv.
Margaritarum præparatarum ℈.j.ß.
Sacchari in aqua rosarum dissoluti ℥.xij.
Fiant tabulæ quadratæ secundum artem. Langius.

B *Tabulæ confortantes, aliæ.*

℞. Sacchari albissimi, in aqua rosarum dissoluti ℥. iiij.
Olei Caryophyllorum G. iiij.
Coralli rubri præparati ℈.j.
Moschi G. ij.
Fiat cōfectio in orbiculis secundum artem. Ioan. Crato, Medicus Cęsareus.

DE TABVLIS REFRIGERANTIBVS stomachum.

Tabulæ orificium stomachi claudentes, & corroborantes.

℞. Coriandri præparati ℥.j.
Cinnamomi electi ʒ.ij.
Coralli præparati ʒ.j.
Santali albi, Mastiches ana ℈.j.
Sacchari albi, in aqua rosarum dissoluti ℥.x.
Conseruæ rosarum ℥.ß.
Fiat confectio in morsulis secundum artem. Crato.

DE TABVLIS REFRIGERANTIBVS HEPAR.

Tabulæ ad hepatis refrigerationem.

℞. Conseruę flor. Cichorij, flor. Nenupharis ana ʒ. j.
Spec. Triasantali, Diatrag. frig. ana ʒ. ij.

Sacchari

Sacchari albi, in aqua endiuiæ diſſoluti ℥. iiij. A

Fiant tabulæ ſecundum artem. Rondeletius.

DE TABVLIS PVRGANTIBVS BILEM.

Orbiculi ex rhabarbaro.

℞. Sacchari albi, in aqua cinnamomi diſſoluti, & ad pfectionē cocti ℥. iiij.
Extracti rhabarbari, in ſucci roſarum drachmis duabus diſſoluti ʒ. j.
Rhabarbari ſubtiliter puluerizati, atq; in aqua cinnamomi humectati ʒ. ij.

Fiant tabulæ ſecundum artem. Ioannes Crato.

Tabulæ ad purgandam bilem aliæ.

℞. Mannæ electæ ℥. iiij.
Succi Roſarum rubrarum ℔. ij.
Conſeruę Bugloſsi, Conſeruę Cyrſij ana ℥. ij.
Diagridij ʒ. vj.
Sacchari albi quantum ſatis eſt ad placentulam formandam: quæ diuidetur in tabellas ſingulas ℥. ß. pendentes. Andernacus.

Tabulæ ad bilem aliæ.

℞. Santali citrini, albi, rubri, Galliæ moſchatæ, Trochiſcorum oxyacanthæ ana ʒ. iij.
Mannæ ℥. iij.
Succi Roſarum rubr. ℔. j. ß. B
Conſeruę Cichorij, Conſeruę Borraginis ana ℥. ij.
Diagridij ℥. j.
Sacchari albi quantum ſufficit.

Fiant tabellæ ſecundum artem, drachmas duas aut tres pendentes, pro robuſtioribus: pro imbecillioribus ʒ. j. dari poteſt. Andernacus.

Aliæ.

℞. Spec. Diamoſchi ʒ. j.
Spec. Diarrhod. Abb. Calami aromat. ana ʒ. j.
Rhabarbari electi ℈. j.
Diagridij ℈. ij. ß.
Sacchari in aqua roſ. diſſoluti ℥. iij. uel ℥. iiij.

Fiant tabulæ. Datur ℥. ß. A' quodam Italo.

DE TABVLIS PVRGANTIBVS PITVITAM.

Tabulæ diacnicu.

℞. Diatragacanthi frigidi ℥. ß.
Carnis Cotoneorum ℥. j.
Zingiberis albi ʒ. ij.
Medullæ ſeminis Cnici ℥. iiij.

Diagridij

A Diagridij ʒ.iij.
Turpeti albi ʒ.vj.
Mannæ, Mellis rosati colati ana ℥.j.
Sacchari optimi ʒ.x.
Parentur tabellæ, pendentes ℥.ß. singulæ. Andernacus.

Tabulæ Stibiatæ, Vu.

℞. Stibij seu Antimonij præparati ʒ.ij.
Gummi Tragacanthi ʒ.j.
Sacchari albi, in aqua ros. dissoluti ℥.iij.
Olei Anisi G.xv.
Fiant tabulæ secundum artem, pendentes ʒ.j. singulæ pro robustioribus: imbecillioribus uerò ʒ.ß. uel ℈.ij. exhibere soleo. * Purgant per uomitum & aluum ualenter.

DE TABVLIS PVRGANTIBVS melancholiam.

℞. Succi Cotoneorum, Mellis opt. despumati ana ℔.j.ß.
Caryophyllorum, Zingiberis, Cinnamomi ana ʒ.j.
Conseruæ Buglossi, Cyrsij, Violarum ana ℥.ij.
B Epithymi, Fol. Senæ ana ℥.ß.
Veratri nigri ʒ.vj.
Ex saccharo fingantur tabellæ paruæ, drachmas duas pendentes. Andernacus.

TABVLAE PVRGANTES HVMOres mixtos.

℞. Spec. electuarij Diacnicu ℥.ß.
Spec. elect. Diaturpeti cum rhabarbaro ʒ.vj.
Sacchari ℥.iij.ß.
Redigantur in placentulas, drachmas tres pendentes. Andernacus.